Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

illis. Dixit autem illos tenebantur ne eum agnoscerent. Et
ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos conferis ad inuicem ambulantes et estis tristes: Et respondens unus cui nomen cleophas. dixit ei. Tu solus peregrinus es in ierusalem. et non cognouisti que factā sunt in illa
his diebus: Quibus ille dixit. Que: Et dixerunt de ihesu nazareno qui fuit vir profeta
potens in opere et sermone coram deo et omni plo: quō tradiderunt eum summi sacerdotes
et principes nri in condemnationem mortis et crucifixerunt
eum. Nos autem sperabamus
quō ipse esset redemptur israel
Et tamen super hec omnia tertia
dies est hodie quod hec facta
sunt. Sed et mulieres quidā
ex nris terruerunt nos que ante
lucem fuerunt ad monumentū
et non inuenientes corpus eius.
venerunt dicentes: se etiam visionem angelorū vidisse qui dicunt eū viuere. Et abierunt quidā
ex nris ad monumentū et ita
inuenerunt sicut mulieres dixerunt ipsum autem non inuenerunt
Et ipse dixit ad eos. O stulti
et tardi corde ad credendū in omnibus quē locuti sunt prophete. Nonne
oportuit xpm pati et ita intrare
in gloriam suam: Et incipiens
a moyse et omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant. Et appropinquabant castello quo ibant.
Et ipse se finxit longius ire.
Et ipse coegerunt eū dicentes.
Mane nobiscū quōniam aduesperascit
et inclinata est iam sol. Et intrauit cū illis. Et factū est dum
recumberet cum illis: accepit panem et benedixit ac fregit et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi
eorum et cognouerunt eū: et ipse
euanuit ab oculis eorum. Et dixerunt
ad invicem. Nonne cor nrm ardens erat in nobis dum loqueretur in via et aperiret nobis scripturas: Et surgentes eadem hora regressi sunt in ierusalem et inuenerunt congregatos undecim et eos qui cū ipsis erant dicentes.
Quōniam surrexit dōs vere. et apparuit simoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in via
et quō cognouerunt eum in fractione panis. Credo. Dr. Offertorium.
Angelus dōi descendit de celo et dixit mulieribus quē quaeritis surrexit sicut